Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36535
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

habacuc manifestat et daniel. quorum utrique dicit
se uidisse quatuor cornua que sunt quatuor regna
principalia. Cum his enim cornib. hoc est cum ista seculi
potentia et regnis sibi subiectis pugnat diabolus
contra eos qui dei precepta legis tenent. Et in ca
pitib. eius septem diademata. Quod significat per capi
ta. hoc est per septem diademata. id est omnis hui seculi po
tentatus. qui illi adherent et per fraudem ueri similem
contra septem ecclesias. et contra septiformem spm dymi
cam. Et cauda eius trahebat tertiam partem stel
larum celi. et misit eas in terram. Per cauda draconis
ut supra quoque dictum est. prauum intelligunt doctores.
Propheta enim docens mendacium ipse est cauda. Porro
etiam et cauda specialiter ipse anti xpc intelligi. q
omne mendacium dicturus est. habens cum habitatore
de quo dns dicit. in ugritate non stetit. Tertia autem
pars stellarum quam trahebat cauda draconis. in hoc
tres paganis. iudeis intelligitur. ac falsis xpianis. q
de celo hoc est de societate sorum eiciuntur. et in consor
tium malorum hominum trahuntur. Illi enim designantur per
stellas de celo abstractas qui prius lucere uidebantur
in ecclia. sed aduenientte anti xpo decepti blandimentis
tormentis. et falsis miraculis obscurabuntur. Nec autem
cotidie hec stellarum deiectio. sed amplius tunc erit
quando immanior erit persecutionis seuicia. Quod
autem dicit trahebat more scripturae sacre preterito
ponitur pro futuro. Vel etiam hoc trahebat tertiam partem
stellarum. quia quodammodo retro aspiciens. de tem
transacto hoc tempore ista loquitur. Ab aduentu eius